



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iudicium Philippi Melanthonis De Controversia Coenae
Domini**

Melanchthon, Philipp

Ratisponae, 1560

VD16 M 3533

Textvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29449

(O) NOTHA) Non nothis & adulterinis, sed
genuinis & veris Christi & Pauli testimonij necessitate ha-
benuit rem iudicare, quib. nititur in hac causa, tota nostra
fides. Habent postea suum etiam locum probatæ anti-
quitatis indubitata testimonia, quæ minime aspernamur.

T E X T V S.

Nec vero iam institui longam disputationem: Nec
cum (P) contentiosis, qui idola & (Q) parricidia
stabiliriunt, disputare volo, quorum sancticiam (R) & ego
experior: Sed tantum pro meo iudicio significare volui,
quid in illo loco pro infirmitate teneræ Ecclesiæ facien-
dum esse existimem: Ac maneo(R) in hac sententia, con-
tentiones vtrinque (T) prohibendas esse, & forma(V) ver-
borum vna & simili vtendum esse. Si quib. hæc non
(X) placent, nec volunt ad (Y) communionem accedere,
his permittatur ut suo iudicio vtantur, modo non faciant
distractiones (Z) in populo. Oro autem filium Dei
Dominum nostrum Iesum Christum, sedentem ad dex-
tram æterni Patris, & colligentem æternam Ecclesiam
voce Euangeli, ut nos doceat, (A) gubernet & prote-
git. Opto etiam ut aliquando in pia Synodo
de omnibus controversijs horum temporum
deliberetur. (B)

Ex autographo.(C)

SCHO-